

FRAGMENTA

1. *Terentianus Maurus 2753 sqq.:*

Et ferme modus hic datur a plerisque Priapo,
inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus:

2755 Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
qua domus tua Lampsaci est quaque lege Priapi:
nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia ceteris ostriosior oris.

2. *Nonius Marcellus 134 M. = 195 L.:*

'Ligurrire' degustare: unde abligurrire, multa avide consumere. Horatius [*serm. I*
3, 81]. Catullus Priapo:

— u — u u de meo ligurrire libido est

3. *Porphyrio ad Hor. carm. I 16, 22:*

Iambi autem versus aptissimi habentur ad maledicendum; denique et Catullus,
cum maledicta minaretur, sic ait:

at non effugies meos iampos